

BRESLO-GRAPHIA, PHIA,

Hoc est:

VRATISLAVIÆ
SILESIORVM ME-
TROPOLIS NOBI-
LISSIMÆ

DELINEATIO BREVISSIMA

AVCTORE

NICOLAO HENELIO

H. J. D.

*CFM GLORIARETUR QUIDAM, QVOD MAGNA
esset urbe natus: Non istud, inquit Aristoteles, spectandum est, sed quis
magnâ & illustri patri sit dignus.*



FRANCOFVRTI,

Typis IOANNIS BRINGERI, Impensis verò Iohan.
Eyringij, & Iohan. Perfert. Bibliop. Vratil.

M. D C XIII



yyo8j8

BRISTOL-GRAVE

W. R. ALLEN

THE BRISTOL-GRAVE

BRISTOL-GRAVE

BRISTOL-GRAVE

BRISTOL-GRAVE

BRISTOL-GRAVE

BRISTOL-GRAVE

BRISTOL-GRAVE

BRISTOL-GRAVE

BRISTOL-GRAVE

BRISTOL-GRAVE

BRISTOL-GRAVE

BRISTOL-GRAVE

MAGNIFICIS, STRENUIS, NO-
bilissimis, Amplissimis & Prudentissimis Viris

ILLVSTRIS DVCATVS VRATISLA-
VIENSIS PRÆFECTO

CETERISQVE SENATORIBVS
vniuersis ad vrbis nobilissime gubernacula
sedemibus

VRATISLAVIAM SVAM,

ocellum vrbium, orbis geminam,
delimitatam breuiter, & pro copta illustratam,
lubens merito confecto.

Merito dico, & verè dico.

Tot enim argumentis comperta mihi insignis
illa & Genio loci propria Amplissimi Or-
dinis inlitarum & virtutis
amantes humanitas:

Vt nesciat, vt nequeat, vt nolit
hoc mei in se & civitatem suam
cultus atque adfectus
monumentum

non probare, non gratum habere, non
benignè manu accipere.

Quòd vt fiat, & ad nominis vestri amplissi-
mi patrocinium confugientem,
magni Senatus magne PRÆSES,
magne vrbis magni SENATORES,
suscipiat, foueat, amati,
per ipsum, quod privata vo-
bis caritas est, publi-
cæ rei decus,

Oro & obtestor:

Vos verò & Vobis & patriæ ac Reipublicæ
quàm diuissimè saluos & felices vtire
opto, vobisq;que

Amplitudinam Vestram clementer honoras,

NICOLAVS HENELIUS.

4
 NOMENCLATURA EORUM,
 QUI SUB INITIVM AN-

In ordi-
 nem se-
 natoriū
 coop-
 tus A. C.

NI CIO ID C XIII QVO HÆC SCRIBEBAM,
 ad Reipublicæ Vratislaviensis guberna-
 cula sedebant.

1587. **A**DAMVS à Dobschutz in Silmenan, Senatus præses & totius du-
 catus Vratislaviensis præfectus.
1587. **I**ohannes Baptista Chrowah à Buchen in Fuchrazlen, senior & diæceson
 Namslaviensis præfectus.
1588. **D**aniel Heiserus in Polokowitz & Wangeru, senior & Scabinatus
 præses.
1596. **I**oannes Haunoldus in Rimberg, senior.
1596. **C**hilianus Vrbman à Rasthu & Hermansdorff.
1598. **H**enicus Schmidt in Schmiedefeldt, Grönau & Höfchen, Camera-
 rius.
1598. **I**osephus Furst à Kupferberg in Libenstein & Girbsgudorff.
1598. **H**enicus Kromaier à Sagowitz in Galowitz, Camerarius.
1602. **J**acobus Reichelt in Tschanssch.
1604. **C**asparus Artzat à Schotkau in Born.
1606. **I**oannes Pucher à Puchawo.
1607. **L**eonhardus ab Olthofen & Schellenbach in Borawo.
1608. **A**damm Sebisch.
1611. **B**artholomæus Dobschutz in Durgensch.
1612. **C**hristophorus Poley à Thiergarten.
1586. **I**oannes VVeger.
1599. **I**oannes Hermannus.
1595. **S**ebastianus Krehitz.
1608. **I**oannes Scholtz.



NICOLAI HENELII
BRESLO-GRAP-
PHIÆ

CAPVT PRIMVM.

*Causse scriptiois reddita: & Fratilitantia communiter
laudata.*



QVOD in Silesiographia pollicitus sum factu-
rum, id cum fide nunt representare, & quod
de metropoli gentis nostræ VRATISLAVIA,
(quam variatis literarum modis & *Breslauam*,
& *Breslaw*, itemq; *Bratyslam*, vernaculo autem
sermone *Breslaw* scribi pronunciarique hodie
omnibus constat) *descriptis* videbitur, vno velut fasces com-
plecti, & quam breuissime fieri poterit, persequi mens est. Da-
bitur hoc à me nobilissima vrbis gloriæ: quæ si cuiusquam ad-
fectus possidet, eum ego me esse verissime & relegatâ ambicio-
ne predicare possum. Causse mihi non diu querende, quæ in
promptu. Beneficia nimirum, quibus ea in vrbe, hospitium iam
nunc mihi præbente gratissimum, adfectus sum & plurimis &
maximis, ob idq; nunquam, dum viuam & valebo, animo meo
elapsuris: tum amicitia, quæ mihi cum ciuium non paucis ar-
ctæ: neque pedem vnquam in vrbem posui, quin clara mihi exi-
mij amoris & beneuolentiæ signa. Vt hæc autem non essent, an
non dignitas ipsius me vrbis alliceret? quam tanto splendore,
magnificentiâ & elegantia esse, tantaque rerum omnium, non

modo quæ ad vitæ humanæ cultum necessitatemque spectant, sed etiam quæ ad voluptates & delicias, vbertate & copia, vt vix vlla Germaniæ vrbiū nostram istam superet, omnes norunt, qui orbem Christianum alicubi norunt. Sane singula si considerentur, haud inficias serim, inueniri fortasse non dicam paucas, ne quid de cuiusquam laudibus detrahā, sed tamen non valde multas, quæ excedant. Verum omnia corporis, vt sic dicam, membra si quis nuncim exploret, nisi admodum malignus sit rerum æstimator, & extensorū duntaxat, ac longinquoꝝ vanus admirator, haud iniuris suffragium iudicio meo dabit, & quod adeo de *Germæis* Arabes, hoc me de Vratislavia non vanā

proferri posse si sua Germania pari annulus feret, gemmam fore Vratislaviā, libenter concedet. Nota sunt & vulgata illustrium magnorumque virorum elogia, qui scilicet & lothar Silesia, qui solena Silesia, qui coronam prouincia, qui regnum, qui florem Europe, qui vrbiū velleū indigetant. At pulcherrimè omnium laudasse eam mihi vix vit plenus literarum, & haud dubiè vobis, deest, venturus, nisi florem surgentem secutisset

Mori, nihil extremum que sinit esse diu.

Valens Aridalus succincto & pleno spiritus ad Solem epigrammate, quod ob singularem elegantiam nō pigrahor adscribere:

Phœbe pater, mundi ab hoc osule, extrema latius orbis

Quæ iustas curru mania lucifera:

Phœbe squamæ aliquid Breslā pulchrius vrbe

A roscione aliquid clarius axe vides?

Dic Pater, at quidnam hoc? quid querenti auræ vultus

Lumina mi obscuro nocte repente tegit?

Hem video! Tene d'ettam clari sine lucis

Arbiter, inuidia noxia vix tetigit?

Hoc est Phœbe: tua lucis lux xmiūa pridem

Te vixit, & huc vrbe ferre nequis radior:

Ille tibi rutilo certans iurare, alto apice vixenti

Astra, det us iubaris verberat acriter.

*Sed tantumne habet invidia, tot vel nomen ad ipsum
 Lamenti obducas pallidularo ne nebula?
 Quis d'auricomi genitor venerat? ibid
 Linque Indu, p'fice, dis sita claustra via.
 Et iam huc flecte rotas: hinc deinceps incipe oritur
 Aut venit hinc nobis te stae clara decu.*

Sed **Georgius** etiam **Logus** iudicialis, Cathedralis **S. Ioan.** Vra-
 tisl. Canonicus, & S. Crucis Praepositus, Consiliarius Regni,
 nobilitatis Silesiae ornamentum. Is igitur ad ipsam Vratila-
 uiam.

*Odera caruleo quam piscosissimus amne
 Alloit, alta sacris maniaq. ambit aquis,
 Et median irriguo quam flumine diuidit Ola.
 Hinc cursum damno finit in amne minor,
 BRESLA potens, formosa, et beneuolissima, amena
 Virtutis pulchra Pieridumq. domus,
 Nympharumq. parens: & felicissima, nostra
 Pulchrum ornamentum quoq. vites patria:
 Atque deus regis, tuo gratissima sedes,
 Vna plures cunctis deliciaq. facis.
 Nuper enim memini, & multum ueruisse necesse est.
 Te, veluti matris filium in gremio
 Parvulus ille pax, externa: procul in regione
 Dum rapitur, maestus Rex quoque deseruit.
 Rex fuerat, & procerum insignes equitumq. manipula.
 Quis quara in mundum te fuit, alma, serui.
 Tam durum caruisse modo est ita dulcis in ego
 Nunc etiam est oculos usque secuta meos.
 Dulce tui desiderium sic detinet omnes,
 Inq. tuo cupimus, Bresla, redire sinus.
 Hunc precor, alma, diem quamprimum averti a beatis
 Afferat & roscu lucifer alius equis.*

NICOLAI HENELII
CAPVT SECVNDVM.

Vratislania origo & etymon: magnitudo item & situs.

PER PAVCIS Silesiæ urbium Vratislaviam cedere vt nemo dubitat, ita de primo eius conditore, auspicijs, incrementis diuinum oporteat esse qui certo dixerit:

Quale per incertam Lunam sub luce maligna

Est iter in syluis:

tale omnino scriptoribus in eruendis urbium originibus: tam opertas siquidem & xui quadam caligine involutis: vt rare reperiantur, quæ suos norint auctores, cum è paruis primordijs sensim vt magna flumina ab exiguis fontibus excreuerint. *Principia sua* (quod dicebat) *semper magnitudo sequens obruit.* *Badorgin* Ptolemæi (vt quibusdam visum est) hanc nostram esse, tam credo, quam Athenas Atticas: quippe cum urbem aliquam tum temporis hoc loco fuisse doceri minime possit. *Dlugossus* Vratislaviam à *Nicibio* Polonorum Principe primum conditam paulo ante annum Christi millesimum commemorat: quam deinde *Vratislaviam* Boicemum eo tempore, quo magnam Poloniae partem subegerat, & inflauisse & denominasse, *Carolus* aliique contendunt: Quorum sententiæ tantum abest, vt refragari audeam, vt meam quoque ipsius ad eam adscribere non recusem. Urbes enim nomina cum aliunde tum ab conditoribus sumere solitas, itemque ab ijs, per quos vel amplificatae sunt vel instituta, nemo est qui nesciat. Eique rei non infirmum argumentum à litera W. quam urbs in suis insignibus in *Vratisla* honorem gerit: quemadmodum hoc *Carolus V. Imp.* in privilegio urbi dato confirmat. Facilius sane id crediderim, quam vt *Reineri Reinetz* coniecturam probem, à traiectu Selauorum Vratislaviæ nomen mansisse existimantis. Si quis tamen certiora attulerit, illis vri nulla inuidia: & liberum vnicuique per me, quod libitum, sentire.

Illud hæcenus cõstat, primum oppidum angusto admodum corpore

corpore sine portis lapideis, sine muris fuisse: quos primū post irruptionem Tartaricam strui ceptos ex archiuis vrbicis & annalibus patrijs adparet: interiores nimirum illos: quorum quæ hodieque perdurant reliquæ, ambitum vrbis olim quam hodie multo minorem fuisse abunde testantur. Crescente autem postea pro fortunâ populo & opibus, *Carolus IV. Imper.* pomerium prodixit, latiusque tunc ac serio vrbis terminis positus ita amplificauit: vt iam nunc cum præcipuis Germaniæ contendat: formam habens rotundam propemodum (ctū haud iustè tamen) eamq; amplissimam & spaciosissimam. Ambitum quidem mutorum aliquanto maiorem esse, quam Noribergæ, cuius ambitus octo millium spacio patet, adfirmantibus haud difficulter ad sensum præbuerim. Quod si magnitudinem *in Arena, in amantissima D. Iozanis insula*, quæ Episcopali cathedræ & Canoniorum collegio sedes destinata, *in Elvvinga*, cæterisque suburbij longè latèque procurrentem exquirere velis, ingentem sanè, ac tot penè oppida, quot suburbia reperias.

Posita porrò vrbis est in meditullio & quasi vmbilico (quod tamen non Geometrica decempeda, sed populariter atque *à Strabo* capiendum) soli Silesiaci: in pulcherrima neque minus ab aeris salubritate quam amœnitate commendanda planicie: in territorio quaqua versum fecundissimo, & quod adeo aut florulentum pratis, aut consitum pomarijs, aut amœnatum lucis, aut amibus irrigatum, aut interfusum piscinis aut lini, cannabis, rubiæ, cuius præ tota Silesia ager Vratislauensis abundans, culturis distinctum, aut tritici, adoret, hordei, auenæ, milij aliarumque frugum messibus circumdatum: denique ad *Odera* (cuius sinistram ripam longo inceniū tractu occupat) & *Olina* intermeantis confluentes: à quibus dici non potest, quanta comoditas illi atque opportunitas, quippe qui non modo incredibilem piscium & lignorum diuersi generis, vt trabium, asserum, sectilium, aliorumque talium, quæ ad focos alendos quæ ad ædificiorum fabricas necessariorum copiam, varioq; generum

omnium com meatus in urbem conuehunt: sed & molas frumentarias, chartaceas, fullonicas, asserarias magno cuium commodo versant plurimas. Atque hæc de situ: quem ipsum si considerari libet ad Astronomorum regulam, nouimus eorum calculum receptum: qui Vvarislauia ultra unum & quinquaginta latitudinis gradus scrupulos decem adscribunt, longitudinem autem triginta quatuor gradibus totidemque minutis terminant.

CAPVT TERTIVM.

*Varia urbis opera, qua famam merentur, quæ sacra, quæ profana,
quæ publica, quæ privata.*

ORNANT extrinsecus atque egregiè urbem muniunt, cum *muri* praeualidi lateritio pulchro opere, & sectis ut plurimum lapidibus inferius fabrefacti passimque interit in Ætæ, cum *aggeres* amplitudine eximia: partim Viaduo amne, partim *fossis* aqua ductili stagnantibus vndique cineti: quorum munimentis præter *turres*, quæ L. X. plus minus in mœnibus conspiciuntur, validissima aliquot, oportunitis locis haud inscienter exstructa seruiunt *propugnacula*: ut ad hostiles minas impetusque arcendos satis potens pollensque Vvarislauia videatur.

Porta operi respondent æmulâ laude, ita ad elegantiam factæ, ut magis ad firmitatem: catenis, obicibus, ferratis clathrisque, quibus belli tempore hostiles inhibeantur aditus, probe munitæ: nec directo pleræque sed flexo tramite longos circuitus ducentes. Sunt autem vniuersum nouem, *S. viduicensis*, *D. Nicolai*, *Molendinaria*, *Viadri*, *Cæsaris*, *D. Matthia*, *D. Virginis* sua in *Arena*, *Lateritia* siue *Laterum*, & *Olauenfis*: quarum tres posteriores magnifico opere & splendido.

Quacumque vero portæ egredi liceat, præter *suburbia* amplissima, splendidis villarum ædificijs hortisque amenissimis conspicua, *Thessalica* passim tempe frequenti & viridante arbore